

IN LIBRUM SEXTUM
C. AUGUSTINI CURIONIS
EPITOME.

Novarum terrarum gentiumque narratio. Galliarum regis cum Maximiliano Cæsare pax. Leonardus Lauredanus Princeps Venetiis declaratur. Gallica & Lusitana classes Venetis auxilio missæ re infecta receidunt. Federicus rex ab Gallia & Hispania regibus, regnum inter se dividentibus, pellitur. Venetorum cum Turcis belli progressus. Pannonia regis cum Turca bellum. Mitylenes a Veneta & Gallica classe oppugnatur. Ericus pirata capitur comburiturque. Antonii Minii & Laurendani Principis de stipendiis magistratum dimidiis accipiendis contrariae actiones. Triremium præfecti, qui rem ignarviter gesserant, ignominia notati. Lucretia Borgia Alfonso Atestino nubit. Res a Pannonia rege contra Turcas feliciter gestæ. Ciues Veneti Byzantii libertati restituti. Metaurensum ducis oppida a Cæsare Borgia insidiis occupantur. Anna Candala Pannonia regi nubit, & Venetas venit. Aloysius rex iterum in Italiam venit, ejusdemque cum Hispania regibus ob imperii fines in regno Neapolitano bellum. Leucadia a Venetis capitur. Guidus-Ubalodus, nullo apud Aloysium regem præsidio invento, se Venetas confert: deinde Ursinorum auxilio in ducatum suum reddit. Multi populi se reipublicæ dedere volentes rejiciuntur. Hispania regum ad Senatum legatio. Guidus-Ubalodus iterum a Cæsare pellitur, & ab eodem multi principes necantur. Lex in eos, qui sacerdotia emerent, lata. Ioannis Michaelis Cardinalis interitus. Bajazetis cum Venetis & Pannonia rege pax. Gallia rex novum cum Venetis fœdus petit. Alexandri Pontificis interitus & Cæsaris Borgiae calamitates. Benedicti Pisauri obitus. Guidus-Ubalodus iterum in principatum suum reddit. Pius III. Pontifex creatur & moritur; eique Julius II. succedit. Multa Flaminia oppida reipublicæ deduntur. Florentinorum contra Venetos artes. Pandulphus Malatesta Ariminum Venetis tradit. Fauentia a Venetis capitur. Julii Pontificis contra Venetos consilia. Nicolao Ursino imperium prorogatur.